



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Mirabiliter opem fert etiamnum viuus absentii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

*Minabiliter o-  
pè fert etiam-  
num & ius  
absente.*

Suprema illa fuit diuini Præconis publica vox è suggestu. Cuius apud Friburgenses auctoritatem diuinæ etiam quædam significationes augustiorem faciebant.

Erat Friburgi præcipua vir auctoritate, pietateque Guilielmus Krumenstollius inter Senatorū primores. Ei, dum domum è Monasterio Altari-  
pæ, quod horæ spatio Friburgo distat, reuertitur, immerfus, ac prolapsus in cœnum equus subie-  
ctum crus oppressit. Forte solus ipse (comitem e-  
nim præmiserat) & brumale tempus, & vespera extrema erat. Diu luctatus, cum nec ad excutien-  
dum iumentum, nec ad extrahendum crus suffi-  
cerent vires, nimirum humanis destitutus, ad di-  
uina præsidia versus est. Venit in mentem quan-  
ta Reuerendi Patris Petri Canisij apud Deum gra-  
tia, quanta merita essent. Itaq; per ea quoque no-  
minatim merita inter alias Patronorum suorum  
aduocationes opẽ à Deo supplex poposcit, haud  
fane frustra. Mox ocreis sub equo inter cœnum  
hærentibus incolume crus liberat: deinde & ca-  
ballum excitat, & prospere domũ refertur. Quin-  
to post die casum prope oblitus, Canisium adit,  
seu salutandi, seu alia gratia: dumq; alia agit om-  
nia,

nia, vltro ei Pater. Eia Domine, inquit, quid rei proximis hisce diebus euenit? ad sancti Antonij ædiculam sero diei quid factum est? Quam ad vocem Guilielmus, partim attonitus vnde ea Patri enotuiſſent, cum quidem ex relatu ſuo aſpirare ad eum nullo modo potuiſſent, partim erubefcens, ingratiq; animi ſe ſe damnans, etiam, atque etiam agere gratias inſtitit. Bono animo iuſſit eſſe Caniſius, & ea ſe viuo clam habere.

Præpoſitus Veronius Caniſij admirator è pri-  
 mis, id profitebatur ſibi mirabile eueniſſe. Pecuniariam litem habebat p̄ moleſtam, longinquā, deniq; perpetuarum, vt aſſolet, rixarum, offenſarumq; perennem fontem. Itaq; prudens, ac pius ſacerdos deſperata re meditabatur damno pecuniæ mentis tranquillitatem redimere; ſuoq; iure cedere, ne pariter detrimentum alioqui & pecuniæ, & caritatis, animæq; faceret. Incidit tamen conſilium, vt ante Caniſij precibus deploratam adeo commendaret cauſam. Libenter eam recepit Pater, & apud diuinum Iudicem ſedulo egit: obtinuitq; ſic, vt eodem die lis ſecundum Præpoſitum finiretur: dieq; ſequēti litigatores duplum ei perſoluerent eius ſummæ, quam lite ipſe perſeque-

*Difficillime  
 litis exitum bonum  
 ſubito impetrat.*